

in persona, & dictis, fuit in iudicio criminali ob hanc eandem causam mendacii infimulatus, & de falso convincitur à contrariis Testibus omnibus exceptione majoribus, quibus magis esse deferendum docet *Rota coram Ubald. dec. 155, nu. 8. coram Gregor. decis. 322, num. 6. Bich. decis. 378. num. 4, decis. 309, num. 12. part. 10. & decis. 520, num. 15, part. 19. rec. tom. 2. & in prima Cause Decisione coram bo. mem. Lancetta §. Præcipuum.*

Remotis verò his Testibus succedebat alterum probationis genus desumptum à peculiaribus circumstantiis, & præ cæteris occurrebant binæ illæ in præcedentibus instantiis ponderatæ, & admittæ, quæ partum Annæ præcesserunt, quarum una erat, quod eadem Anna traducta fuit in Domum Tiberii adhuc virgo, atque ab eodem compressa, ut deponit tertius Testis, *lit. O. P. T. cum quo concordant quartus, & quintus lit. KKKK. & TTT. & sextus Testis lit. OOOO. qui Testes cum etiam concludant continuatam consuetudinem, oritur proinde validissima præsumptio, quod Octavianus Camillus genitus fuerit ex concubitu Tiberii cum eadem Anna, sub sua potestate, & arbitrio domi retenta, Rot. decis. 76, num. 2, & 3, part. 3, recent. decis. 279, num. 5, & decis. 332, num. 4, post 2. volum. conf. Farin. & coram clar. mem. Cardinali Caprara decis. 140, num. 7, part. 1, & firmat prima Cause Decisio coram bon. mem. Lancetta §. Moti sunt, & in altera coram R. P. D. meo Corio §. Porrò.*

Quamquam autem aliqui ex dictis Testibus videantur discordare circa tempus sequutæ immunitationis, & alias leves circumstantias; attamen cum vis conjecturæ non versetur circa tempus, & alia accidentalia, sed in substantiali, & principali facto, in quo omnes conveniunt, devirginationis scilicet, continuatæ habitationis, ac commercii; Ideo si quæ subest accidentalitatis discordia, & contradictio, illorum fidem non immittit, *Rota dec. 614, num. 6, coram Buratt. decis. 331, nu. 12, & 13, parte 6, decis. 488, num. 6, & decis. 554, num. 18, parte 18, rec. & in dicta Romana filiationis super bono iure 18. Aprilis 1707. §. Non obstantibus coram bo. mem. Omaña.*

Altera desumebatur ab anxia cura per Tiberium adhibita, ut Anna partui proxima, conservandæ illius honestatis, & publici scandali evitandæ causâ, ad oppidum Poli in Domum Catharinæ Soldatæ fororis traduceretur, neque enim credibile est, quod Tiberius hanc provinciam in se sumpisset, aut Catharina operam suam impendisset, nisi revera ex illegitimo fratris complexu Anna prægnans fuisset, *Gozzadin. conf. 13, n. 45, Decian. resp. 1, n. 114, volum. 3. Paris. conf. 10, nu. 60, vol. 2. Rota divers. decis. 178, num. 4, part. 1. & alii allegati in Romana Filiationis 24. Januarii 1724. §. Rursus coram Eminentissimo D. Card. Falconerio.*

Statim autem sequuto partu eadem Catharina sollicita fuit, ut recens natus Sacro Fonte lavaretur, utque fratris delictum obtegeret curavit in libro Baptismatum describi tanquam spurium, imposito nomine Octaviani Camilli avito in Familia Soldatæ; prout de utroque testatur Parochus ipse qui infantem baptizavit, ejusque famula, quæ sanè filiationis probationem valde coadjuvant *Decian. conf. 1, nu. 79, vol. 3. Giovagnon. conf. 21, nu. 2, lib. 1. Rota coram Ubald. decis. 155, num. 3, coram Merlin. decis. 658, nu. 7. & in dicta Romana Filiationis 24. Januarii 1724. §. Sequuta coram Eminentissimo D. Card. Falconerio.*

Accedunt plures, & magis urgentes circumstantiæ subsequentes partum, postquam eadem An-

na uua cum infante reversa est ad Domum Tiberii, qui puerum uti filium suscepit, & amavit, alimentum ipsi, tum Matri præbuit, de illius educatione sollicitus fuit; Hæc enim cum paternæ erga filios pietati præcipue convenient, ideò maxime arguunt ipsum esse Patrem, qui talia præstat, *Felin. in cap. per tuas de probat. Rota decis. 658, num. 8. coram Merlin. coram Cerro decis. 294, num. 4, decis. 68, num. 7, part. 9. decis. 310, nu. 4, parte 11, & decis. 212, num. 8, parte 19, recent. & in prima Cause Decisione coram bo. mem. Lancetta §. Præterea.*

Continuato deinde cum Anna commercio, & consuetudine, cum illa tandem legitimum matrimonium contraxit, quod tribuendum esse amori erga filium, advertit *Rota decis. 309, nu. 6, parte 10. Indè Octavianum Camillum tanquam suum legitimum per subsequens matrimonium morti proximus anno 1643. hæredem ex Asse instituit posthabita penitus Catharina forore; Hanc autem Tiberii declarationem in actu adeo serio, & congruente emissam maxime esse faciendam visum fuit, cum præsumi non possit, quod idem Tiberius in extremo vitæ spiritu in fraudem fororis, ad quam veluti unicam de familia supersistem Bonæ fideicommissaria, & alia jura familiæ redibant, Octavianum Camillum sibi falso pro filio asserere voluerit, ad tradita per Decian. conf. 1, nu. 109, vol. 3. Gozzadin. conf. 13, num. 7, & 42. De Luc. ad Gratian. cap. 562, num. 12. Rot. d. cis. 641, num. 5, & decis. 777, num. 4, parte 3, & dec. 314, num. 3, part. 6, recent. & in dicta prima Decisione 24. Aprilis 1716. §. Præ cæteris.*

In cumulum addi possunt tractatus erga Octavianum habitii; etenim tanquam filius Tiberii à Tullia ejus Matre, necnon à Catharina ejusdem Tiberii forore, ac ab aliis consanguineis agnitus fuit. Id quod non mediocriter conducit ad filiationis probationem confirmandam *Rota in Medio-lanen. Capellanæ 23. Martii 1703. §. Minusque coram bo. mem. Ansaldo, & in dicta Romana Filiationis §. Ad stipulantibus coram Eminentissimo Cardinali Falconerio; Expressio, & similitudo vultus, & habitudo corporis, quibus Octavianus simillimus erat Tiberio, quæ auget filiationis argumentum *Rota coram Royas decis. 159, num. 6. coram Cerro decis. 294, num. 5. coram Emerix jun. decis. 533, num. 5. Demùm publica vox, & fama, apud Incolas Castrî Novi, quam etiam admittunt ipsi contrarii Testes reprobatii, quæ fama, & communis opinio, sicuti in aliis probationibus, ita pro justificanda filiatione plurimum solet operari, Menoch. de arbitrar. lib. 2, contr. 1, cas. 89, num. 25, 88, & seqq. Rota decis. 199, num. 2, in fine parte 3, decis. 314, num. 9, parte 6, decis. 68, num. 6, & 7, part. 9, decis. 310, num. 6, parte 11, recent. & decis. 72, num. 11, coram clar. mem. Card. Caprara. Ex quibus omnibus certis actibus simul junctis, sine ullo dubio oritur certa probatio filiationis ad omnes juris effectus, etiam successionis sufficiens, *Adden. ad Ludovis. decis. 349, nu. 8. Rota coram Merlin. decis. 488, num. 2, coram Royas dec. 159, num. 2, & 3. Orthobon. decis. 251, num. 17, & seqq. & in recent. decis. 246, num. 16, & seqq. parte 15.***

Et ita remissivè in reliquis ad præcedentes Decisiones utraque Parte disceptante &c.

REVEREND.

R. P. D. LANCETTA DECANO

LEOPOLIEN. MATRIMONII SUPER ALIMENTIS,

ET SUMPTIBUS LITIS.

Ven. 6. Martii 1722.

ARGUMENTUM.

Alimenta & sumptus Litis debentur Uxori litiganti cum Viro super validitate matrimonii, præsertim si ea favorabilem obtinuerit sententiam. Reditus in causam alimentorum Uxori à Viro assignati exigibiles effecti ab eo sunt supplendi. Quantitas alimentorum & sumptuum unde metienda.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta & sumptus liti presentare tenetur vir uxori litiganti super validitate matrimonii.
- 2 Præcipue si uxori opitulatur bonum jus ex sententia deductum.
- 3 Vir qui alimenta uxori assignavit illa amplius negare non potest.
- 4 Vir tenetur exigibiles uxori præstare reditus pro alimentis assignatos, etsi id non promiserit.
- 5 Uxor redditus hujusmodi acceptans censetur acceptare demonstrativè, non taxativè.
- 6 Alimentorum quantitas inter virum & uxorem stabilita præsumitur congrua qualitati personarum.
- 7 Sumptus liti metiendi sunt æqualitate causæ & personarum.

DECISIO X.

Quemadmodum expositum fuit in contemporanea decisione, postquam Sacra Congregatio Concilii approbando sententiam in partibus latam à Reverendissimo Leopoliensi rescriperat pro validitate Matrimonii in Civitate Gedani contracti inter Serenissimum Principem Constantinum, ac D. Comitissam Mariam Josepham de Wessell, & postquam eadem D. Comitissa obtinuerat successivè coram A. C. sententiam super executione dicti decreti, & una simul pro subministrazione alimentorum in annuis Tallaris 8. mil. Imperialibus ex benigna interpositione Regii Principis Jacobi Sponsi Fratris, deventum fuit inter Partes ad quandam provisionalem concordiam, in qua inter cætera assignatæ fuerunt D. Comitissæ in causam alimentorum jam ab A. C. in majori summa taxatorum annuæ lib. 16. mil. monetæ Franciæ super Fiscalibus illius Regni.

Verùm quia tempore procedente Fiscalia assignata, ad eum statum reducta fuerunt, ut jam nullus fermè fructus exigi possit; Hinc D. Comitissa, unà cum altero Dubio respiciente validitatem contracti Matrimonii, curavit disputari etiam alterum, An sint subministranda alimenta, & sumptus liti, & in qua summa, cui DD. affirmativè in omnibus responderent pro summa infra exprimenda.

Quod enim in genere deberentur D. Comitissæ

alimenta, & sumptus Litis, vix erat, ut in controversiam venire posset, cum pendente lite inter Virum & Uxorem super validitate Matrimonii, receptissima sit in jure conclusio, quod uxori præstanda sint alimenta, & sumptus liti, Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp. 41. nu. 51. Surd. de aliment. tit. primo quæst. 118. n. 6. & per tot. Rot. coram Royas decis. 422, num. 3, & seq.

Et si ea regulariter procedit in cæteris casibus, potiori sanè Jure admittenda erat in præsentii, ex duplici Facti circumstantia; Altera nimirum, quod agitur de Matrimonio, super cujus validitate, ultra sententiam in partibus latam ab Archiepiscopo Leopoliensi. adest resolutio Sacræ Congregationis Concilii, & hodiè accessit altera hujus nostri Sacri Tribunalis, unde militat favore Uxoris fortissima præsumptio boni Juris, Card. de Luc. de matrim. dist. 2, nu. 3, & 4. Rot. dicta decis. 422, nu. 6, & 7. coram Royas. Altera verò quod jam ipse Regius princeps Constantinus hanc suam obligationem agnovisse videretur, dum in dicta Concordia D. Comitissæ, in hanc causam assignavit annuas lib. 16. mil. unde intrat Regula de qua in C. factum de reg. jur. in 6. & in leg. in ambiguis §. Non est novum ff. eodem tit.

Non obstat, quod virtute ejusdem Concordiæ translatus fuerit in D. Comitissam ex istamet causa alimentorum Fundus majoris redditus pro rata annuarum lib. 16. mil. quodque ipsa eodem fundo acceptato liberaverit D. Principem in amplissima forma à quacumque præcedenti obligatione, etiam per pactum de non petendo.

Perperam enim exinde inferebatur, quod immunitio, & quasi integra deperditio dicti annui redditus assignati ex post sequuta citra ullam, vel minimam culpam D. Comitissæ Assignatariæ, ejus damno cedere deberet. Quidquid namque de hoc esset, si ageretur de Fundo empto, ac vendito; Illud utique certum est, quod cum agatur de annuo redditu pro alimentis assignato tenetur assignans illius exigibilitatem præstare, etiam si ea expressè promissa non fuerit, ut in terminis Dotis, quæ alimentis æquiparatur firmant Barbof. in l. 51. nu. 10, & seq. ff. solut. matrim. Tondut. quæst. Civil. 39, nu. 49. Rot. in recent. decis. 306, nu. 8, par. 17, & decis. 171, nu. 15, par. 18, tom. 1. Et si Fundus assignatus defecerit, debet alium ejus loco supplere, cum assignatio illius facta censetur demonstrativè, non taxativè, & corresponsiva liberatio, & quietantia recipientis non aliter intelligenda sit, quam rebus in eodem statu manentibus, ad Text. in leg. Lucius Titius ff. de aliment. & cib. leg. ubi Gloss. & Doctores, Guzman. de evict. quæst. 30, sub n. 28. Mant. de conjectur. lib. 9, tit. 3, sub nu. 20. Guidopap. decis. 8, per tot. Rot. decis. 63, n. 21, par. 11, rec.

Hoc itaque constabito, quod D. Princeps debeat pro alimentis D. Comitissæ ejus uxori præstandis alium fundum subrogare facilis, & promptæ executionis loco Fiscalium in concordia assignatorum, quæ pænè perierunt, quod attinet ad summam in qua alimenta subministranda veniunt, DD. non recedentes à placito Partium in dicta Concordia designato, censuerunt illam taxandam esse in annuis lib. 16. mil. monetæ Franciæ, ad rationem tamen valoris, qui currebat tempore ejusdem Concordiæ. Cum ex hoc ipso, quod dicta annua præstatio fuit tunc solemniter acceptata à D. Comitissæ, præsumi debebat congrua, & proportionata tum ipsius conditioni, & necessitati, tum quoque dignitati D. Principis ejus Viri, juxta regulam, cum qua in hisce casibus proceditur, & præsertim in hoc Sacro Tribunali, ex deductis per Rot-

in



in dicta decis. 422. num. 4. & 5. coram Royas.  
 Quod autem attinet ad sumptus Litis, DD. ponderantes, distantiam Locorum, gravitatem Causæ, & conditionem personarum, quodque denique ultra gemina Dubia in præsentia Audientia proposita, disputari etiam debet tertium super Remissoria, & Positionibus, satis moderatè arbitrati sunt eo nomine subministrandos esse à D. Principe Tallaros quingentos Imperiales.  
 Et ita utraque Parte audita, & omnibus DD. una mecum suffragantibus resolutum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. SCOTTO

nunc S. R. E. Cardinali.

FERRARIEN. ALIMENTORUM ET DOTIUM  
 SUPER IMMISSIONE.

Lunæ 30. Januarii 1713.

ARGUMENTUM.

Alimenta Successoribus in fideicommissio habentibus jus de præsentia debentur jure actionis. Derogatio fideicommissi hujusmodi juri non officit ex pluribus, de quibus in casu. Alimento quantitas quomodo taxanda, & quæ bona in tali taxatione sint recensenda.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta Fideicommissarii habentibus jus de præsentia non subsidiariè, & Judicis officio, sed jure actionis debentur.
- 2 Testator quos voluit bona sua possidere multo plus alimenta consequi voluisse censetur.
- 3 Amplia si in illis voluit agnitionem conservari.
- 4 Alimenta debentur Successoribus futuris ex prædilectione Testatoris.
- 5 Derogatio fideicommissi non præjudicat vocatis pro alimentis, & de ratione, & num. seqq.
- 6 Retentio favorabilior est quam actio.
- 7 Actio subsidiaria pro alimentis non competit nisi aliis bonis excussis.
- 8 Actionis substantiam non afficit conditio illius exercitio imposita.
- 9 Equiparata diverso jure non judicantur.
- 10 Judicis officium simplex ex æquitate tantum tribuitur.
- 11 Hypotheca est mater actionis.
- 12 Actio sub una conditione adempta per contrariam censetur concessa.
- 13 Alimenta, & dotes fideicommissio universali existente, ex particulari non detrahuntur.
- 14 Bona intricata & oppignorata non ponuntur in calculo pro detractioe alimentorum, & dotium.
- 15 Bonorum sufficientiam probare tenetur qui alimentariam provisionem impugnat.
- 16 Alimenta petens jure proprio authoris facto non contradicit qui propria remisit.
- 17 Alimentorum quantitas congrua judicatur pro nobilitate & numero personarum aliisque circumstantiis.
- 18 Alimenta augentur aucta dignitate personæ.
- 19 Fideicommissum pro alimentis potest etiam in totum reverti.

DECISIO XI.

Inter cætera Dubia in Audientia superioris anni per Eminentissimum Priolum proposita, postremum fuit illud concernens Immissionem à fratribus de Bentivolis ad Bona fideicommissaria petitam, ad effectum consequendi Dotes, & Alimenta, super quo in Rota diei 2. Maii mox dicti anni, facto adhuc non bene digesto, ac dilucidato, DD. responderunt, *dotes, & alimenta deberi non jure actionis, sed subsidiariè, & ex officio Judicis*, injungentes, quod respectu quantitatis alimentorum, *Causa iterum proponeretur, coadjuvatis probationibus hinc inde*, ut patet ex *decisione* sub mox dicta die coram eodem Eminentissimo Priolo edita, qua hodie maturiori examini subiecta, factoque aliis reassumpto; Domini ex noviter deductis, recesserunt à *decisis juxta modum inferius subnectendum*.

Exordiendo etenim ab Articulo Juris, Utrum scilicet Dotes, & Alimenta deberentur jure actionis, vel potius subsidiariè, & officio Judicis, visum fuit in hac parte esse recedendum à *decisis*; Censentibus Dominis alimenta deberi jure actionis, ea potissima ratione moti, quia scilicet fratres de Bentivolis instantiam pro illorum consecutione non promovent, uti futuri, ac sperati successores ad metam dispositionis, & subsidiarii Privilegii *Authenticæ res quæ*; sed uti præsentanei successores, & vocati, ad tramites voluntatis fideicommissantis; Secundum quam præsentaneum Jus habent pro Immissione ad substantiam bonorum per Breve derogatorium restrictum ad Dotes, & Alimenta, in quibus terminis illa dicenda sunt debita non subsidiariè, & officio Judicis; sed jure actionis, prout semper debita sunt, quoties eorum petitio à voluntate, vel dispositione hominis proficiscitur, *Bald. conf. 481. nu. 5. lib. 4. Altograd. conf. 95. nu. 31. lib. 1. Rota decis. 398. nu. 25. dec. 442. nu. 7. par. 14. rec. & in Romana Assignamenti 13. Decembris 1709. §. Nec exercitium coram R. P. D. meo Falconerio.*

Proficisci autem à voluntate Cornelii fideicommissantis actionem intentatam pro dotibus, & alimentis, perspicuum fieri visum fuit; quia si Cornelius in conservacionem, & dilatationem propriæ, & nobilissimæ familiæ, voluit, ac disposuit in præsentibus circumstantiis, dictos fratres frui, & gaudere jure domini tota substantia bonorum, & fideicommissi, tanquam hæredes ab ipso literaliter substitutos; Eo magis dicendum est voluisse alii, & dotari, nam qui voluit totum, eo fortius voluisse dicitur partem, *l. quæ de toto ff. de re Judicata, Gratian. discept. for. cap. 792. nu. 4. Rota decis. 591. nu. fin. coram Emerix, & in Firmana annuæ præstationis 15. Junii 1705. §. Parum coram Reverendissimo Decano, & ferè in nostris terminis dixit Card. de Luc. de fideicom. disc. 190. num. 6.*

Et rursus si fideicommissans optavit, & ultima vota dixerit ad conservacionem suæ nobilissimæ Agnationis, & Familiæ, ut scilicet illa in suis successoribus dilatari, & perpetuari possit; Nam sine alimentacione non poterat haberi conservatio Familiæ, & cum una esset consequens, & altera antecedens, vota Testatoris dirigi non potuerunt ad unam, quin pernecessè dirigerentur etiam ad alteram, *Surd. decis. 62. n. 16. Rota penes Torr. de pact. futur. success. decis. 52. nu. 1. & coram sa. me. Alexandro VIII. dec. 43. n. 4. ex qua ratione in longè debilibus terminis successoris futuri, & sperati, quod ei nihilominus debeantur alimenta ex simplici prædilectione, & Testatoris conjecturata voluntate dixit Rota decis. 1137. num. 2. 13. & 14. & 1153. num. 5. & 6. coram Emer. juniore.*

Quibus

Quibus ita se habentibus, nequaquam obstare visa fuit generalis derogatio super omnibus vinculis, & fideicommissis contenta in Brevi Apostolico pro erectione Montis, & in gratiam Montistarum edito, quasi quod exindè nullum aliud beneficium vocatis competat pro dotibus, & alimentis, nisi illud subsidiarium *Authenticæ res quæ*; quamvis enim Pontifex in mox dicto Breve derogans omnibus fideicommissis voluerit exclusos fideicommissarios etiam actu possessores fideicommissi ab universa illa Bonorum fruitione, cujus commodo, ex beneficio vocationis fruerentur, ac gauderent, idque morem gerens creditoribus præcedentem Gravatorum, cum quibus dd. vocati nullam obligationem, vel hypothecam contraxerant, sequens nihilominus tramites Justitiæ, & æquitatis, illos nequaquam voluit exclusos à Dotibus, & Alimentis; In quibus terminis, non obstante Breve derogatorio, actio pro consequendis alimentis semper proficiscitur, non quidem ab *Authenticæ res quæ*, sed ab ipsa vocatione, & à voluntate fideicommissantis, & cum illa dicantur debita in sublevamen exclusionis passæ in bonis actu delatis, istorum loco succedunt, & petuntur eodemmet jure, & actione qua peterentur bona si exclusio non obstitisset, & illud, quod in universum de jure competit, de facto non impediret, ad tradita per *Rotam in Romana Assignamenti 13. Decembris 1709. §. Non minus confirmata 31. Martii subsequentis coram R. P. D. meo Falconerio.*

Præsentaneus enim successor nullo indiget beneficio subsidiario *Authenticæ res quæ*, cum absque eo quod imploret dictum beneficium, vel Judicis officium jus habeat, & actionem ad omnia bona fideicommissaria; Unde exclusus per Breve derogatorium à fruitione universæ substantiæ fideicommissi, præterquam quoad alimenta, ista non dicitur petere, & obtinere beneficium subsidiario, sed tanquam portionem, & partem ejusdem Juris fideicommissarii ab exclusione præservatam quam capit eademmet actione, imò verius, & magis proprio jure retentiois, quæ semper favorabilior est, quam actio, *l. licet Cod. de exception. Honded. conf. 16. n. 22. lib. 2. & Rota dec. 473. n. 12. par. 19. recent.*

Quæ porrò actio ex mox dictis competens pro alimentis nequaquam læta, & ad subsidium redacta, videri poterat ex subsequenter verbis d. Brevis derogatorii quibus Papa interdixit quibuscumque creditoribus etiam ex causa Dotis, & Alimentorum, ne possent generales, & speciales, tacitas, vel expresse hypothecas, & obligationes exercere super bonis Monti assignatis, nisi facta aliorum bonorum dictorum de Bentivolis eorumque *Actorum eis obligatorum excussione*, Tum quia Pontifex non posuit sub excussione omnia, & quæcumque bone, sed illa dumtaxat, quæ essent Creditoribus, & alimentariis obligata, quod non est reddere actionem ad strictos terminos subsidii, cui locus non est, nisi in universis bonis excussis, *Rota decis. 72. n. 3. par. 4. tom. 1. decis. 204. n. 14. par. 14. & in Romana Alimentorum 22. Junii 1701. §. De super coram Reverendissimo Decano*; Tum, & magis quia per dicta verba non voluit lætam, vel diminutam substantiam actionis dd. Creditoribus, & Alimentariis de jure competentis, sed nudum illius exercitium qualificavit quod scilicet dirigi non posset, vel exerceri adversus bona dotalia Montis, nisi excussis prius aliis bonis sub eadem obligatione cadentibus, quæ quidem conditio apposita nudo exercitio, nunquam lædit substantiam actionis, quæ ab illo plurimum distat, ad *Text. in l. Is cui ff. action. Surd. conf. 146. n. 22. Mans. consult. 432. nu. Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.*

12. & Rota dec. 113. n. 9. par. 12.

Quinimmo animadvertendè DD. ex verbis prædictis magis, magisque etiam convinci, quod menti fideicommissantis conformis, & famulatoria fuerit mens Pontificis pro tribuenda vocatis actione ad effectum consecutionis Dotium, & alimentorum; Ipse siquidem cum modum agendi præscribens tam creditoribus ex causa dotium & alimentorum, quam aliis ex contractu, & quæcumque alia causa obligationis omnes insimul æquiperaverit, idè quemadmodum istis ex contractu Jura sua defumentibus, ambigi non potest quin præcedentem actionem in sui substantia intactam præservaverit, ita, & illis ex causa dotium alimentorumque actionem, alias competentem ad mensuram earumdem Dotium, & alimentorum intactam pariter reliquisse censetur, juxta naturam parificatorum, quæ nec debent, nec possunt diverso jure censerit, *Bartol. in l. sever. ibique, Alex. ff. de iis quæ pæn. nomine, Mans. consult. 266. n. 22. Rota decis. 1166. n. 4. & decis. 1237. n. 7. coram Emerix jun.*

Præterea nedum omnes sub vocabulo creditorum connotavit, quod propriè sonat, & importat actionem, non verò simplex Judicis officium, quod ex credito debitum non dicitur; sed ex æquitate tantum Indigentibus tribuitur, & imploratur per ea, quæ sequendo *Text. in l. creditor. ff. de verbor. signific. dixit Rot. decis. 83. nu. 17.* verum etiam interdixit omnibus exercitium obligationis, & hypothecæ, imò, & actionis, nisi facta prius excussione bonorum pro eisdem causis obligatorum, & ideo facta excussione, actionem debitam præsupposuisse censetur, cum illa oriatur ab obligatione, & hypotheca tanquam à Matre *Mans. consult. 118. nu. 76.* & illius exercitium sub una conditione ademptum; sub altera contraria dicatur volitum, & attributum *l. aliquando Cod. de condition. & demonstrat. Ruin. conf. 170. n. 7. lib. 2. Rocc. disput. Juris cap. 22. num. 26. & Rot. coram Bich. decis. 61. n. 6.*

Firmata ex hæcenus deductis competentia actionis; Descendentes DD. ad examen bonorum, de quibus pro regulando illius exercitio, ratio habenda esset, licet quoad Tenutam di *Villabona*, non fuerint concordēs, convenerunt tamen, quod nulla esset habenda ratio de Castro *Malleani*, cum illud nedum uti suppositum fideicommissio particulari, obnoxium esse non videretur dotibus, & alimentis, existente fideicommissio universali *Card. de Luca de dot. disc. 44. nu. 8. & loquendo de d. Castro Rota decis. 1131. coram Jacobo Emerix n. 7.* verum etiam ad longissimum tempus oppignoratum, & possessum sit à Barone Torregiano pro reintegracione Cedulæ Bancariæ præstitæ occasione affectus bonorum Dotialium montis inii cum illis de Bentivolis, & in dimissionè fructuum montis erogata, & ulterius pro eadem causa obligatum existat Rationi Bancariæ illorum de Libris per cujus creditores adversus dd. fratres novissimè specificata extitit in actis summa prætenfi Crediti in scut. 28. mil. quibus stantibus in nulla consideracione haberi poterat in præsentia pro taxandis Dotibus, & alimentis, cum ad hunc effectum non ponantur in Calculo bona intricata, & apud Terrios distracta ex communiter notatis per *Grat. cap. 932. n. 19. Rot. coram Merlin. decis. 683. n. 1. & coram Peutingger. decis. 19. n. 37. & in recent. dec. 220. n. 7. par. 17.*

Super certis bonis; *Molendinis videlicet di filo, Tenuta del Barco Vallibus Veronensibus, & di Pazzo di Pizzighettona*, parum Dominis immorandum fuit, cum sicuti quoad duo Corpora præcedentia di filo, & del Barco, fratres de Bentivolis ultro erant